

1424. dies 12 Maij.

<sup>Martinus P.P.</sup>  
 Idem committit executionem Absolutionis  
 Regienum a Juramento Oromi prefato, Archi-  
 episcopo Arelatensi, et Arosiensi, Tarbatensi que  
 Episcopis. Dat. Romae die 12 Maij 1424. &  
 Originali.

25

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Vene-  
 rabilibus Fratribus Archiepiscopo Arelatensi, et Arosi-  
 ensi, ac Tarbatensi Episcopis, salutem et Apostolicam bene-  
 dictionem. Justis supplicum votis libenter annuimus illaq;  
 favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem Mo-  
 tis nuper pro parte Venerabilis Fratris nostri Henrici Ar-  
 chiepiscopi Rigensis, et dilectorum filiorum Dregositi, et  
 Capituli, Ecclesie Rigensis petitis continebat, quod dudum  
 bono memoriae Uromoldus Archiepiscopus Rigensis, ipsi-  
 us Henrici Archiepiscopi Dregositor, nec non Dregositus,  
 qui tunc erat, et Capitulum predicti in causa per eos con-  
 tra dilectos filios Magistrum, Dregositores, Commenda-  
 tores, et Fratres Hospitalis Beatae Mariae Theutonorum  
 Jerusalemitanorum per Livoniam constituto, super eo,  
 quod Uromoldus Archiepiscopus, ac Dregositus tunc tem-  
 poris existens, et Capitulum prefati, Civitatem Rigensem  
 ad Archiepiscopum Rigensem pro tempore existentem, et Ec-  
 clesiam suam Rigensem, jure Domini, vel quasi, pertinere  
 assererent, quamque etiam Magistri, Dregositores, Commenda-  
 tores, et Fratres predicti detinebant indebita occupatam,  
 mota, et in Romana Curia coram bono memoriae Fran-  
 sco tit. Sancti Marci Presbytero Cardinali, ex Commis-  
 sione Felicis recordationis Innocentij Sexti Dregositor  
 nostri dicitur ventilata, diffinitam per quam idem

Car-

Cardinalis pronuntiavit, decrevit, et declaravit, dictam  
Civitatem Rigensem pertinuisse, et pertinere jure Domi-  
nij vel quasi ad dictos Uromoldum Archiepiscopum,  
et Ecclesiam Rigensem in spiritualibus, et temporalibus  
pleno jure, ac prefatos Magistrum, Praeceptores, Commen-  
datores, et Fratres a possessione, et Detentione Civitatis e-  
jusdem fuisse, et esse amovendos, et amovit, ipsosque ad  
dimittendum dictis Archiepiscopo, et Ecclesiae dictam  
Civitatem condemnavit, nec non eisdem Magistro, Prae-  
ceptoribus, Commendatoribus, et Fratribus super praemissis  
perpetuum silentium imposuit, Sententiam reportavit, et  
super executione ipsius Sententiae, quae nulla provoca-  
tione suspensa, in rem transiit judicatum, dicti Prae-  
ceptoris nostri, ad vos sub certa forma Litteras impetravit,  
quodque postmodum eidem Praeceptori nostro pro parte  
Uromoldi Archiepiscopi, nec non Praepositi, et Capituli  
praedictorum exposito, quod idem Magister, et Fratres, di-  
lectos filios Praeconsules, Consules, Cives, et alios homines  
Civitatis praedictae, ad praestandum eis fidelitatis Jura-  
mentum induxerant, et compulerunt, et propterea timebat  
idem Uromoldus Archiepiscopus se possessionem ipsius  
Civitatis apprehendere, et alias Sententiam hujusmodi exe-  
cutioni debitae demandari non posse, idem Praeceptor-  
noster alijs suis Litteris vobis dedit in Mandatis: Quate-  
nus vos, vel duo, aut unus vestrum per Vos, vel alium,  
vel alios ad executionem dictae Sententiae juxta pri-  
mo dictarum Litterarum hujusmodi continentiam, et  
tenorem procedentes, ipsosque Praeconsules, Consules,  
Cives, et homines a juramento hujusmodi si, et prout ju-  
stum foret, absolventes faceretis eos ipsi Archiepiscopo  
tanquam eorum Domino in spiritualibus, et temporalibus

bus obedire, intendere, et parere: prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, Broconsules, Consules, Cives, et homines praedicti vigore ultimo dictarum, a iuramento praefato non fuerint realiter absoluti, et alias ad plenam tam eorundem, quam etiam primo dictarum literarum huiusmodi executionem, non dum extiterit processum, timeantque Henricus Archiepiscopus, Drexpositus, et Capitulum praefati, occasione iuramentorum in praedictum executionis huiusmodi praefitorum, quam plurimum impediri, pro parte Henrici Archiepiscopi, Drexpositi, et Capituli praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, et providere super hoc opportune de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios Sententiam praedictam ubi, et quando expedire videritis, auctoritate nostra solemniter publicantes ad plenam illius executionem, nec non etiam ad Broconsulum, Consulatum, Civium, et hominum praedictorum eis ab huiusmodi per eos, ut praefertur, nunc vel pro tempore profectis communiter, vel divisim iuramentis impertiendam, eadem auctoritate absolutionem, quotiescunque opus erit, providere iuretis, fauentes eos praefato Henrico Archiepiscopo tanquam eorum Domino in spiritualibus, et temporalibus obedire, intendere, et parere juxta Sententiam, et literarum praedictarum seriem, et tenorem, contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxi-

lio

lio brachij secularis, non obstante si prefatis Magistro,  
Dreceptoribus, Commendatoribus, et Fratibus, vel alijs  
quibusvis communiter, vel divisim a Sede Apostolica  
sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommu-  
nicari non possint, per literas Apostolicas non  
facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad ver-  
bum de Indulto huiusmodi, et eorum personis, locis,  
Ordinibus, et nominibus proprijs mentionem. Datum  
Romae apud Sanctos Apostolos, quarto Idus  
Maij. Pontificatus nostri Anno octavo.